



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fvlginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua  
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

**Angela <de Fulginio>**

**Parisiis, 1598**

c. xxiiij. De 4. consolatione & visione, in qua vidit Deum, in quantum est summa sapientia, vnde didicit qualiter res quæcumque debeant iudicari.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43716**

*Vigesimum tertium capitulum. De quarta consolatione, Et visione, in qua vidit Deum in quantum est summa sapientia, unde didicit qualiter res quaecunque debeant iudicari.*

**Q**VADAM vice rogata à quodam, ut rogarem Deum pro quibusdam rebus, quas volebat scire, & dubitarem hoc facere, quia videbatur mihi superbia, & stultitia rogare Deum de talibus: dum starem in tali cogitatione, subito fuit mens mea eleuata, & fuit posita in prima eleuatione ad vnā mensā, sine initio, & sine fine, & non fui posita ad videndum ipsā mensā, sed quod erat super illam mensam, & videbam vnā plenitudinē inenarrabilem Dei, de qua nihil possum narrare, nec dicere nisi hoc, scilicet, quod videbam plenitudinē sapientiæ diuinæ, & omne bonum.

*Non esse  
inquire  
dū defis-*

Et videbam illam plenitudinē *turis re-*  
diuinæ sapientiæ, in qua videbā *bus.*

86 *Cap. xxiiij. De iij. consolatione*  
quod non erat licitum inquire-  
re, vel velle scire illud, quod vult  
facere diuina sapientia, quia est  
præcedere eam, & inhonora-  
re. Et ideò quando video per-  
sonas id inquirentes, videtur  
mihi & intelligo, quod errant.  
Et extunc per id quod vidi super  
illam mensam, scilicet diuinam  
sapientiam, remansit mihi, quod  
possum intelligere, & iudicare  
omnes personas spirituales ali-  
qua spiritualia quando audio de  
eis loqui, vel ea narrari, & non  
iudico illo iudicio, quo solebam  
iudicando errare & peccare. Sed  
alio vero iudicio quo intelligo,  
vnde habeo, vel habere possum  
conscientiam peccandi in isto  
iudicio, & nescio aliquid narrare  
de illo, quod vidi. Sed anima re-  
portauit de visione ad vocabu-  
lum scilicet mensam, & quod fui  
posita in prima eleuatione ad v-  
nam mensam. Sed de illis ad quæ  
fui posita videndum super illam  
mensam, nihil possum narrare,

nisi illa quæ dixi.

*Vigesimum quartum cap. De quinta consolatione & visione, in qua vidit Deum in quantum est summa iustitia, & ab hac cognitione obtinuit habere conformitatem in iudiciis ipsius Dei.*

**V**ice quadam dum eram in oratione, quæsiui à Deo nõ dubitans de aliquo, sed volens plus scire de Deo, & dixi. *Quare Deus voluerit* Quare domine fecisti creationem hominum, & postquam fecisti permisi tibi fieri tantam passionem, *al. salua re hominẽ potuisset.* sicut fuit filij tui pro peccatis nostris, cum tu posses optimè facere, quod sine omnib<sup>9</sup> istis fuisset. *Et de iustitia eius.* Et placuisset tibi & habuisset tantum de virtutis, sicut habemus? Et dabatur mihi intelligere, quod Deus ideò fecerat, & permiserat, quia nobis per hoc melius manifestabatur bonitas sua, & nobis melius conveniebat. Hoc autem non sufficiebat mihi quod plenè intelli-